



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

26. In Festo S. Ioannis Baptistæ, quadripartita. Quis putas puer iste erit.
Nam & manus Domini cum illo. Luc. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

magno devotionis affectu tenent Ramusculum
trium Spinarum ejusdem precioſe Coronæ. Præ-
terea alias nonnullas Belgicas Eccleſias, quæ de
Spinis Domini gloriantur. Sed ſi in Belgio, ut di-
xi, tot in locis de Spinis Salvatoris & Coronæ ejus
fit gloriatio, quid in aliis provinciis & regnis? Et
quomodo tot loca replevit gaudio perit, ſine
ſpeciali miraculo & providentiæ, ſanctiſſima Co-
rona?

Quicquid ſit hæc de re, ſcimus quæ paſſionis
Chriſti instrumenta velut trophæa quedam vic-
toriz permaſerint, eademque toto orbi facta
fuerint conſpicua & proficua: ex quibus velut
perennibus fontibus fluentia miraculorum & gra-
tiarum eruperunt. Nam ipſas ſpinas Coronæ IESU,
Columnam ad quam alligatus eſt, Arundinem,
Spongiam, diligenter aſſervata tradit S. GREGO-
RIUS Turonenſis, de gloria Martyrum, cap. 7. & Be-
da, de locis ſanctis, cap. 20. Tunicam etiam mili-
tibus datam à Chriſtianiſis receptam & aſſervatam,
tradit idem Turonenſis, cap. 8. ſuis temporibus in
Galatia fuiſſe. Sudarium etiam, quo caput ejus
in ſepulchro involutum fuit, quod divina virtute
illaſum fuerat ab igne, tranſlatum fuiſſe ad poſte-
ros, teſtatur Beda de locis ſanctis. 7. Ab hoc di-
verſum eſt illud Sudarium, quod faciei Domini-
cæ ſanguinolente admotum cſſigiem retinuit, ut
habet traditio Chriſtiana, idque factum fuit à Be-
renice, quæ & vulgo Veronica dicitur. Permaſit
etiam integra ſindon illa, quæ corporis Domini-
ci delibuta unguento in ſepulchro poſita fuit velut
operimentum, & in ſe imaginem jacentis Do-
mini in ſepulchro expreſſit, aſſervaturque ſum-
mo in honore in Eccleſia Taurinenſi, de qua alibi
dixi.

Sic propter IESUM Chriſtum crucifixum hæc
omnia merito coluntur, maxime autem CRUX,
tanquam Altare, in quo ſeipſum voluit Patri
ſanctificare & immolare, prout alibi dixerat de
ſuis: Ego ſanctifico me pro vobis. Hinc factum eſt, ut
& partes Crucis veritatem ſuam miraculis proba-
rent.

Notabilis pars S. Crucis à Philippo Comite Na-
murcenſi ad Florentienſis Cœnobium delata, mul-
tas curioſas guttas, anno 1240. in præſentia tam
Religioſorum, quam Parochorum, in die ſacro
Laventionis S. Crucis ſtilla vitæ. Quapropter in the-
ſauro argenteo, in qua hæc pars ligata vitæ honoriſ-
ſe cultoditur, hi verius exarati leguntur antiquo
ſtylo:

*Hæc CRUX, quæ luxit nobis, bis ſanguine fluxit,
Quam ſcitis quod tunc Chriſti crucer ac benedixit.
Relet quoque S. Paulinus, ſe per fruſtulum S.
Crucis reſtinxiſſe incendium grande, quod è caſa
ſano reſerta in ſuammet domum irumpebat, vio-
lento impetu cuncta depaſcens. Miraculum iſtud
ipſe perpetuæ memoriæ verſibus hiſ conſecravit in
Matalino. S. Petros,*

*Ipſe alatum romanis, moſaicis, ſed grande ſalutis
De Crucis æterna ſumptum mihi ſignificum legunt
Præterea tenent, quæ manu ad verſis præcal ingere ſententis,
Plyſſum reſertens pro pedore, quo regerem me,
Arceſſentque hoſtem eodem modo reſertens
Credens, nec donare mihi ſed vultu Chriſti
Grates, quæ juſtas dante lucas Orationem
Noſtra ſalva æternæ crucis Chriſti quæ omnino conſtat
Inde ſitis nobis, quæ in hæc Crucis nixa perſe
Proſus, quæ nſtram cogor ſiſtema ſalvare.
Multa manus erubis tunc illa incendia viſis
Aſpiciens, largis capitebat cinere lymphis.
Sed licet exhauiſtis perſerent ſententis imbreſ,
Vicerat ignis aquam, nos ligno ætincæ non ignem.
Omnia ligna vorans ligno Crucis uritur ignis:
Quamque aqua non poterat, nec brevis hæſita
ſtammam.*

Hæc S. Paulinus.
Denique, in celebri Cœnobio S. Amandi Ordinis
S. Benedicti, non procul à Tornaceni civitate,
inter ſacras Reliquias adorandam exhibent notabilem
partem vitæ ligni ſanctiſſime Crucis per
ignem olim probatam, ita ut maſerit illæſa in
flammis, ſicut olim Rubus Moſyſis in medio ignis,
Deo ſic veritatem Crucis ſue probante, & Rubi mi-
raculum antiquum renovante.

IN FESTO S. IOANNIS BAPTISTÆ. Lect. 26. 5. part.

*Quis potest prior iſte eris? Nam quæ manus Domini
cum illo, Luc. 1.*

Filius Adam & Evæ non ſolent naſci ſine gemitu
& dolore, ſine lachrymis & clamore. Nacendo
enim trahere ſecum incipientem longam ærumna-
rum catenam antiquo Parentum delicto fabrica-
tam, quæ non deſert eos à die exitus de ventre ma-
tris uique in diem ſepulchuræ. Iam quaſi præſentire
videntur, & agnoſcere veritatem illius Elogii
Mortalium fortem deſcribentis: Homo natus de
muliere brevi vivens tempore, & repletus multis miſe-
riis. Propterea eos mox natos natura impellit ad
lachrymas & ploratum. At nonnulli hoc notant
maſculos inclamare plorando, AA. ſemel ſis, EE.
quaſi hi Adam, hæc autem Evam inculent. Vade &
ille verius.

*Inclamant E. vol. A. quæ quæ nati ſuntur ab Eva,
O verè origo miſeranda Mortalium, dum paritur
cum dolore ad dolores, dum educitur cum gemitu
ad gemitus, dum ad pernicula producuntur
cum periculo generantis, dum in ipſo ortu jam
occuſum nunciant per lamenta! Nec Reges aliud
habent inſitum; quia nec aliam habent ſortem
quam miſerandam, nec alium finem quam meo-
rori ſociandum. Audi Eccleſiaſticum: Gravis jugum
ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris inſitum
in diem ſepulchuræ, à reſiderio ſuper ſedem glorioſam Beati. 41.
Nigra ad humilitatem in terra quæ vitare ab eo quæ
port.*

portas eorum & utitur hiis incho isque ad eum qui vestitur lino crudo: hoc est, à Rege & Principe usque ad viliissimum & pauperissimum, qui inter pulverem & sordes habitat, linoque grosso & vili sese induit præ paupertate. Exemplum in seipso statuit Rex Salomon pronuntians de se: *Sicut quidam & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreni illius qui prior factus est. Et ego vultus accipi communem aerem, & in similitudine factam dediti terram. & primam vocem omnibus emisit plorans. Hæc de se & de omnibus mortalibus pronuntiat Salomon, merorem esse nativitate humane individuum comitem declarans.*

At non mirum, si contra legem communem & ordinariam electi huius infantis nativitate gaudio & exultatione speciali associatam dicamus. Speciale enim eius privilegium fuit, quod prius divinam sensit gratiam, quam humanam miseriam: prius participes factus fuit lucis cæli, quam lucis huius sæculi: prius cepit vivere Deo, quam sibi: prius meruit nunciare futuri, quam videre presentia. Si ergo sexto mense exultavit in utero matris gestiens Salvatorem nunciare & præcurere, an non exultavit se ex utero quasi ex ergastulo egrediens, ut officio suo fungeretur? Propterea dicitur: *Multi in natiuitate eius gaudebunt. Multi utitur, quia infans ipse non est sine gaudio, qui omnes gaudio debet afficere, ipsum annuntians gaudiauctorem. Nec est sine gaudio mater, cui opprobrium sterilitatis auferitur per talem sibi natum infantem. Nec pater, cui peripitum vincula linguæ solvuntur, ut possit magnalia Dei decantare. Sed neque cognati & vicini & alii, qui audierunt de infante isto, temperarunt sibi à gaudio & exultatione, quia manus Domini erant cum illo. Quin & nomen ei datum cœlitus & ab Angelo annuntiatum plenum erat læticia. Ioannes enim gratiam ionat, quia filius potius fuit gratiæ quam nature: in eius natiuitate gratia naturam quodammodo præcucurrit.*

Propterea Ecclesia tanta cum læticia & solennitate eius celebrat Natiuitatem, quod privilegium est Christi, Deiparæ, ac Ioannis. Imò hoc festum Natiuitatis S. Ioannis celebratum fuisse antequam celebraretur festum Natiuitatis B. Virginis, colligitur ex S. Augustino serm. 20. de Baptista, ubi dicit: *Natalium S. Ioannis hodie celebramus, quod nullamquam sanctorum legitimus fuisse concessum. Solius enim Domini & B. Ioannis dies Natiuitatis in uniuerso mundo celebratur. Ergo Augustini tempore necdum in tota Ecclesia Virginis Deiparæ natalitius dies celebrabatur. Tanta verò læticia celebrabatur olim festum Natiuitatis Ioannis, ut illud tribus Miffis sicut Natiuitas Domini decoraretur. Rationem tantæ festiuitatis Guarnicus Abbas his verbis producit: Merito Natiuitatem istam, quam mirabiliter operatur gratia, & miratur natura, solemniter veneratur Ecclesia. Praesertim cum Christi Natiuitatis, eiusque gratia restitutum reparavit per hanc pignora fidelitatis*

sibi videat esse promissa. Non ingratus se probat Ecclesia, sed fideliter agnoscit qua devotione, qua gratiarum actione suscipere debeat Praecursores, per quos ipsum agnovit Salvatorem. Hæc ille. Ambo scilicet mirabiliter nati, Praecursor & Salvator, Praeco & Index, Lucerna & Dies, Vox & Verbum, Spontus & Paranympus, Servus & Dominus; de Virgine Dominus, de sterili Servus. Unde per montana iudææ divulgabatur hæc eius mirabilis Natiuitas & unumquique dicebat ad proximum: *Quis putas puer iste erit?*

Sed si plenus exoptamus scire quis fit iste puer, ut tanto magis eum beatum pronunciemus & honoremus, faciamus inquisitionem super eius vita & gestis, & requiramus testimonia eorum qui probe eum nosse possunt, suntque testes omni exceptione majores. Hoc enim etiam in beatificatione & canonizatione Sanctorum solet Ecclesia prædicare, ut tanto certius eis honores decernat & triumphos.

Primò quidem interrogemus Patrem eius: *Quis putas puer iste erit?* Iure eum interrogamus de hoc pæcio, nam vel solum eius nomen pugillatim inferendo, qui Angeli dictis non satis credulus perdidit promptæ moduloso loquelæ, gratiâ Nominis Filii sui insertâ mox recuperavit peremptæ organa vocis. Tu ergo, ô Zacharia, esto nobis primus testis. Quid dicis de puero isto? Attendite: *Tu puer, Propheta Altissimi vocaberis, præbis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Viden, quam dilente respondeat huic questioni: Quis putas puer iste erit? Et quidem hæc pronuntiat non à se, sed à Spiritu Sancto, qui ei linguam dissolvit antea vinciam, & labia aperuit cordis ad enarrandum magnalia Dei erga hunc puerum. Et quia idem Spiritus qui eius linguam fecit disertam, etiam infantis aures & præcordia aperuit, & intellectum ei dedit ab utero, ideo alloquitur infantem paucorum dierum, verè tamen capacem huius igniti eloqui, & melliflorum verborum horum: In utero ad æterna lucis aspectum lucerna hoc divina charitatis percepit incendium, tunc veri luminis est irradiata fulgore, atque gratia liquore completâ; inquit S. Laurentius Iustinianus, alludens ad illud de Ioanne dictum: Ille erat lucerna lucens & ardens. Merito ergo verba hæc ad infantem hunc recens natum diriguntur, & quorsum in lucem editus sit, à Patre prædicatur. Quasi dicat: O parvule puer! O fili prædilectè! Quam feliciter nobis natus es & orbì univèrso, ut Propheta sis Altissimi Dei, & Prophetarum clausula? Præbis enim ante faciem Domini & Dei tui, ante faciem Messia, erisque illius Praecursor. Præbis per ingressum in hanc vitam, per progressum, per egressum. Præbis conceptione, natiuitate, baptismò, prædicatione, vita, morte, & ad limbum descensione. Præbis ante faciem Domini parare vias eius, quia illi iter*

Sap. 7.

Ribad. te. fia est in f. fo. S. Ioannis.

Serm. a. de S. Ioanne.

Luc. 2. iustin. serm. de S. Ioan. i. ian. s.

in hominum animos per penitentiam dabis & bap-
 tismum, & inclinabis omnibus: *Parate viam*
Domini, rectus facite semitas ejus. Præbis ad dan-
 dam scientiam salutis plebi ejus, scientiam Christi,
 scientiam salutis æternæ per Christum consequen-
 dæ, per quem & remissio dabitur peccatorum. O
 præclarum testimonium de Ioanne! Illud quo-
 que verissimum esse, mox declaratum est. An non
 ipse Propheta Altissimi? An non Propheta ex
 utero à Domino constitutus & consecratus? *Præ-
 quam te formarem in utero, novi te, & antequam
 progredieris, sanctificavi te.* Hoc si de Jeremia, ma-
 gis de Ioanne verum est. Hinc & ipse introducitur,
 dicens: *Attendite populi de longe, Dominus ab
 utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus
 est nominis mei, posuit os meum quasi gladium acu-
 tum & sagittam electam.* Novit eum Dominus ex
 nomine, quia Ioannis nomen ei voluit imponi,
 quod gratiam significat, quia gratia illam nobis
 dedit, gratia in utero sanctificavit, gratia in lucem
 edidit, gratia semper in eo fuit, & quia gratiæ le-
 gem prænunciavit: novit quoque ex nomine, quia
 præ cæteris Prophetis non solum gratiæ nomen,
 sed & dona ipsi communicavit. Posuit os ejus qua-
 si gladium acutum, vitæ securitatem, & animas pe-
 netrantem. Quapropter inclamat: *Securis ad ra-
 dicem arboris posita est. Omnis arbor, quæ non facit
 fructum bonum, ea scindetur, & in ignem mittetur.*
*O gladium acutum! O sagittam coida penetran-
 tem!* Multi enim his verbis sunt conversi.

PARS II.
*Quis sit
 puer iste,
 testimonio
 Malachiæ.*
 Malac. 3.

Matt. 11.
*S. Ioannes
 eum An-
 gelum us-
 oavit.*

**Angelus
 officio.**

Isa. 1.

Secundo, quia testimonium, parentum & agna-
 tionum in iure solet esse infimum & suspectum,
 interrogemus antiquiores extra cognationem aut
 propinquitatem. Audiamus Prophetam Mala-
 chiam introducuntem Dominum, sic de Ioanne
 loquentem: *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præ-
 parabit viam ante faciem meam.* An non & hic
 præclarum est & disertum testimonium? De Ioanne
 autem id intelligendum fidei est, ita explicante
 Christo. Sed cur Angelus nominatur? Certe O-
 rigenes to. 5. in Ioannem, & nonnulli alij ex anti-
 quis, tantum tribuerunt sanctitati Ioannis, & huic
 de ipso testimonio, ut existimarent Ioannem qua-
 si Angelum fuisse terrestrem & incarnatum, sicut
 Deus incarnatus fuit Christus. At certum est, Io-
 annem Angelum fuisse non natura, sed gratia &
 officio. Explico id particulatim.

1. An non Angelus officio, quandoquidem Leg-
 atus fuit Dei ad homines, ut illos ad Christum
 adduceret, diviniq; ejus mysteria nunciaret? E-
 quidem homines à peccatis ad viam æternitatis
 dirigere, divinaque nunciare, in mysterijs Altissimi
 alios illuminare & perficere, Angelicum planè est
 officium. De Ioanne autem dicitur: *Multos filio-
 rum Israel convertit ad Dominum, & ipse procedet ante
 illum in spiritu & virtute Elia, ut convertat corda
 Patrum in filios, & concutiat ad prudentiam iustorum,
 parare Domino plebem perfectam.* Nanquid ad hæc
 omnia faciendâ quasi Angelus coelitus est missus,

coelitusque edoctus est? Aptè ergo de ipso dicitur:
Ecce ego mitto Angelum meum.

2. An non Angelus gratiæ & sanctitate, inno-
 centia & puritate, vita & conversatione? Parcissi-
 mi fuit cibi, & instar Angeli quasi sine potu & cibo
 vixit, ejusque vita fuit continentium quoddam jeju-
 nium. Fuit quoque purissimus & castissimus in-
 star Angeli. Castitas enim & continentia Angelo-
 rum est vita: *Si differit homo & Angelus, differit non
 felicitate, sed virtute. Nam est illius castitas felicitas,
 hujus tamè fortior esse cognoscitur, inquit S. Bernardus.*
 Neque solum castitatè levavit Ioannes, sed etiam
 pro illa sanguinè oppignoravit & vitam; nam ideo
 martyrio affectus est, quia adulterium castitati ad-
 veritatem reprehendit. Denique conversatio ejus
 magis cum Angelis fuit quàm cum hominibus.
 Nam à pueritia in desertum secessit, & Angeli ejus
 curam suscipere. *Non recto in dicit, nec lecto, non men-
 sam vel aliquâ hujusmodi requisivit, sed Angelica
 quadam vita in carne mortali respicitur, inquit S.
 Chrysostomus: Dicit Nicephorus lib. 1. c. 14. Ioan-
 nem annum cum dimidio agerem una cum matre
 Elizabetha, in spelancam quandam ad regionem
 montanam venisse, fortasse Herodis sanguinolentâ
 effugiens matrem, atque exinde in solitarijs locis
 lubenter versari solitum esse, Angeloque duce usum
 in remotiores recessus sylvarum secessisse. Idem
 dicit Cedrenus in compendio historiæ additque
 Elizabetham post quadraginta dies in eadem spel-
 unca obiisse, & Angelum curam Ioannis suscep-
 sisse. An non ergo Angelus merito vocatur, sic
 inter Angelos à puero conversatus, sic castus, sic
 innocens, sic sanctitate eminentes ut Angelus? Audi
 Chrysologum: *Ioannes schola virtutum, magister
 vitæ, sanctitatis forma, virginitatis speculum, casti-
 tatis exemplum, Patrum vita, peccatorum vitia sub
 disciplina, major hominè par Angelis, legis summa,
 Evangelij sator, Apostolorum vox, silentium Prophe-
 tarum, Lucevna mundi, metator Christi, totius modus
 Trinitatis.* Hæc ille.*

3. An non Angelus Ioannes, quandoquidem
 sicut Angeli infantiam non habuerunt, sed cum per-
 fecta natura, ratione & iudicio usque liberi arbi-
 trij creati sunt, ita & Ioannes paucos tantum ha-
 buerit menses infans? Sexto enim mense visita-
 tus à Christo, mox sanctificatus est, & ex utero pro-
 pheta, Christum agnoscebat salutari, adoravit, exiit
 præ gaudio, usumque rationis obtinet. Huncque
 usum rationis perdidit in infantia multi autem
 mutant, & secessus ille in desertum in infantili ætate
 videtur ejus rei esse indicium. Sic perseveravit &
 in gratiæ luce, quam nunquam peccati mortiferi
 caligine obtenebravit, sed instar Angeli in illa con-
 firmatus fuit. Denique, sicut Angeli perpetuò vi-
 dent faciem Dei, ita Ioannes à puero divinæ dedis-
 sit, contemplationi, instar unius ex Cherubi-
 nis, qui semper in Arcam & Propitiatorium fixum
 habent intuitum. Merito ergo honoratur nomine
 Angeli, testimonio prophetico.

2. Grata
& sancti-
tate.

Epist. 2.

Hom. 10.
in Mat.

Ser. 127.

3. Non
natus
Christum
agnoscebat
Quodam.

Ter-

PARS III.
Quis sit
iste puer
testimo-
nio Evan-
gelistarū.

Tertio, si quis non est contentus antiquis Pro-
phetarum testimonijs & de Ioanne pronun-
ciatis olim oraculis, Evangelica adicere possumus
testimonia, quae Ioanni encomia clara vocum har-
monia concelebrant. Quatuor enim Evangelista-
rum musica in decantanda Ioannis laude mirè con-
sonat: Matthaeus & Lucas multa de ipso enunciant
praecognita: Marcus suum ab ipso felicibus auspicijs
Evangelium orditur. Ioannes verò, cum in divi-
num Verbum oculos aequinoxiales atque sublimes
intendisset, mox ad Ioannem illos convertit, & in-
spiciens eum cum literis legationis suae, de ipso in-
sonat: *Ecce homo missus à Deo, cui nomen erat Ioan-
nes, hic venit in testimonium, ut testimonium perhi-
beret de lumine, ut omnes crederent per illum.* Ecce
Ioannes de Ioanne quale testimonium perhibet, à
Verbo ad Vocem Verbi manifestatricem transiens,
à Rege ad Praeconem, à Sole ad Auroram? Ecce hi
duo Ioannis nomen obtinentes, quasi duo Cheru-
bini expandunt alas, & vultus in propitiatorij in-
tendunt, alas mentis, alas amoris in Christum e-
rigunt, & fidei ei testimonium praestant. Sed & u-
nus Cherub. De altero testimonium perhibet lucu-
lentum, Evangelista Ioannes de Ioanne Baptista,
dum dicit ipsum à Deo missum ut lucem demon-
straret & Verbum. Quia vero tanta & ipse Baptista
luce fulgebatur, ut lud ei putarent ipsum esse Lucem,
sive Messiam, ideo addidit Evangelista: *Non erat
ille Lux.* Quae negatio non ad eius ipectat depre-
sionem, sed ad exaltationem & laudem: indicat
enim tantum in Ioanne fuisse virtutis splendorem,
ut maximam de se admirationem concitavit &
Messias visus fuerit. *Non erat ille Lux, & erat lux.*
*Non erat lux increata, & omnium creatrix, sed erat
lux creata, & emanans ab increata.* Non erat Sol,
sed erat Mons radijs Solis illustratus, ut prior ra-
dios exciperet & in alios refunderet, lucemque eis
nunciaret. Non erat ille lux, sed lucerna à luce in-
censia testis lucis, & illum demonstrans quae illumi-
nat omnem hominem venientem in hunc mun-
dum. *Ille erat lucerna ardens & lucens, & voluissis
ad horam exultare in luce eius,* dicebat Dominus
Iudaeis. Hoc est, erat lucerna clara & illustris po-
sita super candelabrum, ut praeluceret omnibus ad
cognoscendum eum qui mittendus erat, ardens
per interioram charitatem & lucens per exteriorem
doctrinam, ac per exempla virtutum: Vos letati
estis de tanta luce, sed tandem contemnere eam
coepistis, ideo ad horam fuit exultatio vestra, nam
cum venisset neque manducans neque bibens, di-
xistis, *Daemonium habet:* cum ad eius honorem &
admirationem id referret, Deumq; in eo glorificare
debuissetis.

1781. r.

Aug. in
ei. Ioan.

Ioan. 5.

Matth. 22.

PARS IV.
Quis sit
iste puer
testimo-
nio Ar-

Quartò, quia hominum testimonio acquie-
scere nolunt nonnulli, interrogemus Ange-
lum: *Quis putas puer iste erit?* Testimonium perhi-
bet Gabriel, eius nunciatus miraculosam & con-
ceptionem & nativitatem, sicut & Christi; idque

Tomus II.

factum est non in loco prophano, sed in templo,
à dextris altaris thymiamatis, cum praecleara laude
pueri nascitur. De hac re sic loquitur B. Petrus Da-
miani: *Non est silentio transeundum, quam solemnem
glorificationem pueri huius in hunc mundum nunciat
ur ingressus. Adest Angelus Gabriel à superiori cae-
lorum cardine Domini fortitudo, descendens stat à
dextra altaris incensae. Nec quilibet Angelus, sed ille
sublimior, qui B. Virginem nunciatum attulit singulari, &
electus est ut nunciaret mitem, qui nunciare debebat
Regem.* Certè licet Angelus tam Isaac quam Samp-
sonis conceptionem nunciavit: in hac tamen re
Ioannem dignitate praecedere, ex ipsis constat cir-
comstantijs. Ipse enim ab Archangelo in loco di-
gniori, tempore sacratori, apertiori miraculo praen-
unciatur & praedicatur. Immo si Christi annun-
ciatio fit in thalamo, Ioannis fit in templo, ita ut
ex hac parte excellat Ioannis gloria.

chang.
Gabriels.
Luc. 1.

Sed quod testimonium dat ei Angelus? Multi-
plex unque testimonium virtutis ab eius Angelo
perhibetur: inter cetera autem dicit: *Hic magnus
erit coram Domino, & replebitur Spiritu Sancto ad-
huc ex utero matris suae.* Quid est, magnus erit co-
ram Domino? Simpliciter de Christo dixerat Ange-
lus, *Hic erit magnus,* quia ipse est ejus magnitudi-
nis non est finis, qui & in se magnus est, & quoad
nos magnus. De Ioanne autem dicitur, quod mag-
nus sit futurus coram Domino, quia à Domini
magnitudine ejus dependet magnitudo, sicut radi-
us à Sole, sicut rivulus à fonte, sicut ramus à radi-
ce. Coram ipso ergo, & per ipsum, & in ipso magnus
erat futurus Ioannes. Parum ei erat, si magnus
foret coram hominibus opinione sanctitatis, quia
fallax est humani iudicij censura & trutina; & pa-
rum est magnum esse coram hominibus, id autem
sumus quod coram Deo sumus. Magnus ergo Io-
annes coram Deo, & ideo verè & absolute magnus.
Non ambiebat magnus esse coram mundo, quia
mundum, & omnia quae mundi sunt, deserebat,
contemnebat, conculcabat, reputabat ut stercorea.
Non querebat magnus esse coram hominibus,
quia Iudaeis eum pro Messia recipere paratis, & ad
horam in luce ejus exultantibus contradixit: *Non
sum ego Christus.* Ac de se interrogatus, non aliud
dixit quam *Ego vox clamantis.* Non volebat mag-
nus esse coram seipso, quia de se dicebat: *Non sum
dignus corrigiam calcamenti solvere illius qui post Ioan. 2.
me venturus est.* Magnus ergo erat, sed coram Do-
mino magnus, ab eo sanctificatus, electus & con-
secratus, ut Propheta & plus quam Propheta, ut
Praecursor & Baptista, ut Vox Praeco, ut Amicus
Sponsi & Sponsae. Paranympus. Denique, ita
magnus erat coram Domino, ut ejus nomen prius
in caelo scriptum fuerit quàm in terra, prius ab An-
gelo quam ab hominibus usurpatum. Magnus ergo
fuit in oculis Dei, qui adeo parvè fuit in oculis suis.
Sed & sic magnè est in caelo coram Domino, triplici
aureola Virginitatis, Martyrij, Doctoratus, ipsum
adornante; lilijs, rosis, violis, ejus verticem coro-
nant;

ibid.

Quomodo
S. Ioannes
magnus
coram
Domino.

Ioan. 2.



nantibus Lilium symbolum est candida virginitatis, Rosa rubicunda martyrij & charitatis, Viola splendens doctrina celestis. Hæc omnia in eo sunt, quia Virgo fuit, & Martyr, & Doctor.

pheta Ioanne Baptista, nemo est. Ex quo inferitur ipsum eos antecellere, quia probabilis habet Theologorum quorundam opinio, in patria nullos esse æquales: Quod etiam asserit Autor operis imperfecti sub nomine S. Chrylostomi; & Franciscus Maiorinis Doctor Theologus ex antiquis eandem sententiam attribuit S. Dionysio. Quantum ad Apostolos de illis non agit Christus, live illis Ioannem non comparat. Unde an illos in gratia vel gloria excedat, certè asseri non potest, sed à divina pendet prædeterminatione nobis incognita. Nonnulli tamen ex Doctoribus tam antiquis quam novis in affirmantem partem propendunt. S. Ambrosius sic loquitur: *Præcellit cunctis Ioannes, eminens universis, antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis ex muliere est, inferior est Ioanne.* Clarius & expressius S. Theodorus Studites hoc asserit, dicens: *Et Prophetis & Apostolis & alijs omnibus revera prior est magnus Præcursor; illis quidem ut sequens, his vero ut præcedens.* Favet S. Petrus Damiani, sic de Ioanne differens: *Vnus est & secundum non habet, qui eboris intertextus Angelicis sublimioris corona titulis universitatis humana transcendit ascensum. Considera mansuetudinem regni, & universum ordinem humana generationis obambula, & Ioannem tam novis quam veteribus videbis esse præpositum vel æquatum.* Denique hanc communem Doctorum sententiam appellat Ioannes Ekhus hom. 6. de S. Ioanne Baptista, quæ asserit ipsum post Christum ac Mariam sanctissimum esse. Geslon quoque tract. 4. super Magnificat, thronum Luciferi in ordine Seraphinorum cum occupare existimat, cui subscribit Franciscus Maiorinis. Cum enim ex omnibus Ordinibus aliqui ceciderint, etiam ad omnes Ordines aliqui assumendi sunt ex hominibus qui occupati sunt loca Angelorum. Maria super omnes choros est, Ioannes ergo videtur primum occupaturus locum in primo choro secundum horum sententiam.

Luc. 7.
Abul.
Matth. 11.
Op. temp.
in c. 11.
Matth.
Matron.
ser. de Baptista.
De præcedentibus
S. Ioan.
in gratia
pra reliquis.
P. Damiani.
hom. de
Baptista.

PARS V.
Quis sit iste puer testimonio Christi.
Matth. 21.

Postremò, si non sufficiant nobis hominum & Angelorum testimonia, interrogemus Filium Dei, non potest falli, quia Sapientia; nec fallere, quia Veritas est. Quid ergo ad hæc responderet questionem: *Quis putas puer iste erit?* Audi eum: *Inter natos mulierum, inquit, non surrexit maior Ioanne Baptista.* O testimonium super omnia testimonia, ore Veritatis depromptum! En qualem Ioannes fortitè est laudum suarum præconem! Non solum Prophetas, aut Angelos, sed Filium ipsum Dei habet Encomiasten. Beati omnes fuisse, qui ore Domini meruerunt commendari & laudari. Non enim ipse solet sicut homines inaniter laudare, aut ois vano obsequio gratiam captare, aut transitoria tantum laude commendare: sed si quos laudavit, etiam eorum laudem æternitati consecravit; sicutque laus illa quoddam initium & symbolum æternæ electiois eorum. Sic Petro dicit: *Beatus es Simon Barjona.* Sic Nathanaeli testimonium perhibet: *Eccc verè Israelita, in quo dolus non est.* Sic Centurionis fidem collaudat, & Magdalene dilectionem. Hæc omnia ad laudem æternam spectabant, cuius jam quoddam pignus eis dabat Dominus. Sed sic eos felices pronunciamus quos laudavit Dominus, quæ merito super omnes id de Ioanne asserimus, quem non semel tantum aut cursim brevi commendavit elogio; sed frequenter, idque pleno apud plebem sermone, ejus laudes decantavit. Commendavit enim à constantia, asserens eum non esse arundinè

Matth. 26.
Ioan. 1.

Matth. 21.

vento agitatum. Commendavit ab austeritate & penitentia, dicens non esse mollibus vestitum, aut delicis enervem. Commendavit à sapientia, pronuncians eum esse Prophetam, & plusquam Prophetam. Commendavit à munere & puritate, dicens esse Angelum missum ante faciem suam, quasi à latere Legatum. Sed hæc omnia & alia quæ dici poterant, abbreviavit. Verbum æternum in hoc verbo: *Inter natos mulierum non surrexit maior.* Laudatur fides Abrahæ, obedientia Isaac, patientia Jacob, castitas Ioseph, mansuetudo Moysis, pietas Samuelis, Eliae zelus, sanctitas Davidis, cæterorum quoque Patriarcharum & Prophetarum merita apud Ecclesiasticum per varia capita celebrantur: Sed omnes istæ priscorum virtutes, omniaque merita, in uno Ioanne reperiuntur, omnesque vel antecellit, vel primos saltem adæquat. *Cui nullum præposuit in præconio Christus, an ullum ei prælaturus est in præconio: ait S. Hilarius Arlataensis.*

Quod si querat, an etiam Apostolos Ioannes præcedat in gratia & gloria? Respondeo ex verbis Domini non posse id evinci, quia Dominus eum comparat solum Prophetis antecessoribus, asseritque nullum ipso ex illis majorem. Sic enim expressè dicit S. Lucas: *Maior inter natos mulierum Pro-*

Quicquid sit de his, scimus quod ad sublimem valde gloria gradum evectus sit Baptista, quodque ipsi sit propinquus divinitati. Quapropter quos post se traxerit exemplo, iuvabit merito, commendabit suffragio, nec repulsi poterit pati, qui propinquus omnino est & acceptissimus Regi summo. Ius ergo sectantes vestigia, ad eum dirigamus & vota, auxilium petamus ab illo, qui adeo potens est, & toto cordis desiderio clamemus:

Divine Præcursor, o Baptista, o Præcon summi Regis, o Legate, & Angele ante faciem Domini, ad preparandas vias ejus & illuminandum eos, qui in tenebris & in umbra mortis sedebant! Fac nos audire vocem tuam, vocem penitentiae, vocem iudicij, vocem clamoris in deserto, ut possimus feliciter dirigere pedes nostros in viam pacis & æternitatis. Et quoniam adventu primus sentiens Salvatoris, exultasti gaudio magno in Spiritu sancto.

Conclusio.

Sancto, illo replens & Spiritu matrem effice ut vero spirituali gaudio tuam celebremus Nativitatem, & cum adfuerit Dominus in secundo adventu suo, possimus ei occurrere eum gaudio, ipsamque totam tecum benedicere aeternitate.

Christo, qui est porta & Ostium per quod multitudo debet ingredi. Quomodo S. Petrus fuerit tamquam Piscina fluens oculis, notum est ex S. Clemente asserente genas ejus cavatas fuisse ex continuo Hætu; qui stetit Gallo canente quotidie recrudescere. De S. Paulo etiam Apostolorum acta & ejus epistolæ testantur, quomodo in membris Christi consideratione peccata desereret, ut ea elueret quasi aquas piscinæ myricæ fluentibus in gratiam multitudinis. Sic enim ait: *Multi ambulabant quos ego vobis dicebam, nunc autem ego stetit dico, inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est, quorum gloria in confusione est.* Item sic alloquitur suos: *Non cessavi per trionnium nocte & die manens cum lacrymis utrumque vestrum.* Quem locum expendens S. Chrysostr. hom. 12. in epist. ad Colossenses sic loquitur: *Ex quo fonte emanarunt tanta fluentia, ut ex illius oculis lacryma? Quem fontem vis comparare cum his lacrymis? Eumne qui est in Paradiso, qui irrigat universam terram? Sed nihil dices aequalis. O ergo præclari oculi Petrus & Paulus continuo aquas salubres emittentes instar fontium, vel piscinarum, in gratiam multitudinis & corporis totius Ecclesiæ!*

Fletus S. Petri.
S. Pauli lacryma.

Philip. 3.

Act. 20.

2.
Duo ubera Ecclesiæ.

1. Pet. 2.

1. Cor. 3.

1. Thess. 2.

Lect. 27. IN FESTO SS. PETRI ET PAULI.

Constituit eos Principes super omnem terram. Psalm. 44.

De titulis SS. Petri & Pauli. Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli merita & heroica gesta, gratiam & gloriam, laudes & præconia, una celebrat festivitate Ecclesiæ: tum quia amor Christi & zelus gloriæ Dei eos sic indivisivos voluit, sicque confederavit, ut uno die, uno loco, minus tyranni tolerarent sententiam, & sanguinem profundarent, prout dicit S. Maximus hom. 4. de Petro & Paulo: tum quia de eorum meritis aliquo virtutibus nihil diversum, nihil debemus sentire discretum, æquales & electio pares. Et labor similis, & finis facti æquales, ut loquitur S. Leo serm. 1. de Petro & Paulo. In hac igitur die, aurea luce & roseo eorum creore condecorata, in qua per crucem alter, alter enim triumphat, laudes eorum junctim decantemus, ex sanctorum Patrum scriptis.

Dicamus primò cum S. Leone Pontifice, in corpore Christi mystico, quod est Ecclesiæ, hos centesimam tamquam duos oculos lucidissimos & radiantissimos. Sic enim loquitur S. Leo: *In horum excellentia Patrum merito est excellentius gloriosandum, quos gratia Dei in tantum apicem inter omnia Ecclesiæ membra prorexit, ut eos in corpore cui caput est Christus, quasi geminum constitueret lumen oculorum.* Hi sunt oculi vigilantissimi & perpicacissimi quibus ab hostibus, à vitiorum & errorum incurfationibus malis, sibi prospexit Ecclesiæ suis in primordiis. Hi sunt oculi quibus potuit clarè videre quæ ad fidem spectant, & Dei gloriam. Hi sunt oculi vigilantes pro toto corpore; præsentia & futura sagacissime contemplantes, sublimia & profunda celestis luce sua penetrantes. Hi sunt Oculi Columba, simplices & puri, lucidi & in eorum semper erecti. Quia nos docuerunt hi Apostoli oculos in sublime semper engere, & Deo gratias agere pro singulis beneficiis, sicut columba pro singulis granis. Docuerunt nos cum simplicitate & puritate intentionem tanquam oculum coelo inferre, æterna considerare, aeternitati prospicere. Denique, hi sunt duo illi oculi Ecclesiæ, de quibus in Cantico dicitur: *Oculus sicut piscina in Hesbon, in porta sua multitudinis.* Oculi enim hi instar duplicis piscinæ semper fluentes solere lacrymis, quasi aquis puris, quibus eluerentur fordes vitiorum, quibus & totum corpus Ecclesiæ, quoad fieri posset, immaculatum redderent. Suo enim exemplo provocavit multitudinem ad lacrymarum salubrem fontem, per quem est ingressus in civitatem celestem; quia per lacrymarum fluentia jungimur

Duo lincidi oculi Ecclesiæ.

Cant. 7.

Cant. 7.

